BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ

CORRESPONDANTS
DE
J.F. BOISSONADE

I
—
A-F

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1551

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1551



MS
Fiches falten

1834
aout

Viro illustrissimo
Boissonadio
S. P. D. Frid. Duebnerus
observantissimus ipsius cultor.

Perfeliciter mihi accidit, ut doctissimi cultissimique operis Tui plagula 15 pridie adventus Tui in Urbem ad me perferretur. Honoris enim, quo Tua me humanitas afficere dignata est, sensus debitam tantae benignitati gratiarum actionem aegerrime distulisset. De observationis et emendationis Tuae veritate nemo potuit dubitare. Sed ut sunt juvenes audaculi, quibus semel placide arriseris, jam id mihi sumo, ut communicem Tecum praedam quae forte fortuna in meas inciderunt manus, ab locupletissimae illius plagulae argumento non aliena. P. 194 disseris de Heradiani loco et Zbÿci poetae fragmento. Schneidewini opusculum Hermannus nuper criti subjecit (Jahns Jahrbücher, 1833, fasc. 8), in loco Heradiani scribit p. 389 primum τὸ (pro τὸν) ὄρνιθον, quod et Tu videris voluisse, deinde πρώτᾳ intelligit βιβλίῳ vel πονήματι, denique Zbÿci fragmentum una littera mutata scribit:

Δαχὸν παρὰ οἱ χρόνον ἤδρα (τάφρει) πεπηγώς.

μετα βάλων vertit: (den Homerischen Gedanken) anders wendend. — P. 197 emendas locum Aeschyli, Eumenid. 848. Ludovicum Dindorfium memini in Thesauro, fort. s. v. Δίη (dixi enim haec scribo), Medicei et nescio cujus alius codicis vestigiis, ~~ni~~ satis, ut mihi videbatur, certis, nitens correxit: ἀπὸ γάρ μοι τριῶν δεινάων (antiquarum) δαὼν etc. Qui fasciculus fortasse nondum in doctorum manus pervenit. — P. 198. Epigramma: Comtas nolo dapes etc. cum legerem, nescio quid noti mihi sonare videbatur. Praementem Burmanni Anthologiam fortuna adjuvit; non longe ab initio, lib. I, ep. 87 reperi haec:

Ludere sueta vadis privato Nympha natatu,
Exornat mensas membra venusta movens.
Comtas nolo etc.

Quae si recte habent, miser ille juvenis laudibus Tuis plane excidit: quod mihi ne eveniat, vota nuncupo. Denique grammaticas dubitationes duas mihi movisti, ~~non verenque (ut erat jam satis vindicta)~~ quum sciam Te nihil scribere nisi quae rerum documentis sese Tibi probaverint. P. 193 fere medio paene mutaviſſem comparativum propius, nisi me retraxisset Furnalletti auctoritas, qui hunc comp. e Frontone citat; inde inspexi locum, p. 288, qui satis

minus est, neque plane certum testimonium praebens, neque tamen, lacunis licet laborans, exigua specie persuadens. At Tu fortasse alium locum tenes. Deinde p. 197 media Echum in Echun mutaturus eram, ita Tuam me manum tetigisse ratus: sed quaerens non inveni nisi Didun Atteji philologi apud Charisium: quare etiam hoc loco quid in schedis Tuis exaraveris (eas enim non vidi), nescire cogor. His vero duabus rebus me Tibi non ~~pr~~ exhibuissem importunum, nisi cum cetera, tum Tuum opus summa qua possem religione typothetarum erroribus perpurgare mihi propositissem.

Ignosce, Vir Illustrissime, audaciae meae, Tuoque me favore beare perge. Scr. a. d. V. Kal. Sept.

273

1834

Egregio viro

Boissonade

425

S. P. Duebner.

Dum benignitatis Tuae perpetuitatem examino mihi gratulor, eo procedo audaciae, ut quam Sinnero significasti Epigrammatum Collectionem in unum duosve dies ~~mihi~~ abs Te mihi expetam, ipsa humanitate Tua adipiscendi spem per Sinnerum mihi injiciente; sive potius, ut indicandum mihi benevole cures, qua via illum librum abs Te, nisi grave Tibi est, petere possim. — In plagulis, quarum correctionis me pudet paene, si Tuas laudes animo repeto, haec fere inveni: p. 208 in Plat. Ep. 5 ≠ quod proposueras καὶ δοὺ Ἕτερος, confirmant 12 codd. Bekkeri, in quibus optimi quique. Ibidem Gorgiae loco 510 [95 ap. Stallbaumium] Bekkerus tacite ut Tu. Eodem modo Stallbaumius, permultis in hunc locum inquirens, pariter atque Tu, sed minus urbane, Heindorfium, Coraïum, Astium quoque, vituperans. Denique Hermanni sententiam de ἀγαθοῦ, ἀγαθόν, quam valde dubitans, ut videris alicubi memoras, confirmatam esse et extra omnem dubitationem positam auctor est Passovius Lexico v. ἀγαθοῦ testimonio

Herodiani in Joannis Alex. Toviv. παθ. λέξ. p. 33, 33: Τὸ ἄρχει,

μὴ ἄρχειν οἴκοι (lic),

προπαροξύνεται μὲν ἀπλῶς παρὰ βαρυτόνου τοῦ ἄρχω, οὐκ ἔχει δὲ προϋποκείμενον εἰς ει. Quae si forte mentione digna reputes, meo nomine, ut in re illos libros possidenti nimis obvia, nolim utaris. Ceterum Tuo me favori exoptatissimo in posterum observanter commendo. Ex aedibus Didotianis a. d. V Kal. Nov.

P. S. Numeros in indice tam religiose cum autographo Tuo contuli, ut hac quidem opera Ipse possis supersedere.

27A

426

BIBLIOTHÈQUE DE L'ÉCOLE NORMALE SUPÉRIEURE Sorbonne

Viro Venerando

Roissonade

addictissimus Ipsi cultor Fr. Duebner.

Felicissimum me praedico, quod, si quid praestare valeat quam summo opere sector, in corrigendis plagulis typographicis ἀκρίβειαν, id in Tuum potissimum usum cedat. Hoc aegre fero, me Parthiis impresso carere, qui e Regia mutuum sumere neglexerim; ante quam in hebdomadas festas claudevetur. In separandis vocibus compositis, cum meo arbitrio rem permisisses, secutus sum ac sequar quod verum, mihi quidem, esse videtur, ut sua praepositionibus integritas sit, ubi nihil ablatum, ut προσέχομαι, separentur autem ubi vocalis elisa consonam quoque trahat in alteram syllabam, ἀν-τέλεγον, eo tamen adhibito temperamento, ut evitem quae oculos possint male afficere. Ne in temeritatis reatu sim, ob dubia quaedam 3 plagulam ut Tibi monstrandam curet, rogavi virum optimum Aemilianum. Vale ac favere mihi perge.

die martis.

(april. 1835)

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ
MS
Sorbonne

a78 1835

Summo viro Baissonade

Fred. Dübner.

Nescius qualis adhibenda sit correctio verbis, in quibus obscuritatis aliquid est, pag. 127, lin. 1, interdente benignitate Aemilii, ad Te confugi, ne quid temerarie committerem in mutanda voce κακοῦργον. Cetera quae tanquam corrector mihi fungi, praesertim paginis 100, 112, 122, 134, 135, 137, 139, implore Te ut benevole arbitreris itidem, ne postnadum ipse sim acerbius corrigendus. Tibi me addictissimum usque esse scito. Fave et vale, Vir praestantissime.

Dedi Pariis., a.d. IV Non. Jun.

Rec. 11. Jul. 35
Resp. 12 Jul.

428

BIBLIOTHÈQUE DE L'INSTITUT
MS
Sorbonne

276

Viro illustrissimo Boissonade

Fred. Dübner. S. P.

Quinque postremae plagulae quominus prelum ubi-
erint, meane sit culpa an ministrorum Bibliothecae
Mazarineae, incertum est. Accepta repulsa una et
altera, tertio, litteris munitus benignissimi Ae-
miliani, Catalogum pervolutavi ipse: sed ibi Bar-
thianae editionis vestigium nullum, neque s. Aeneas, neque
sub Saz., neque s. Zach., neque sub Barth. Quae
fuerint illa dubia, quae tantam imprimendis
plagulis moram injecerunt, in margine no-
tavi: quorum jam gaudeo Te ipsum fedre ju-
dicem lacupletiorem certe quam Barthii saepe
hallucinantis chartae. Vale, Vir illustrissime,
Tuumque mihi favorem cerva.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ MS Sorbonne

Observations à soumettre à Monsieur Boissonade.

Procem. alterum.

V. Σ Λίβυς, unde non dubito quin sit Λιβυστῖνος, alterum adjectivum ethnicon quod Stephanus cum Λιβυστικός memorat. Quare scribendum opinor cum meliora afferat codex alius,

... ἔστι καὶ Λιβυστῖνος

Ἰόνιος Λιβύστης

Fort. Ἰόνιος

Primus ~~Ἰόνιος~~ mythos Graecorum filios narravit Aesopus; narravit etiam Libystinus filius sive soboli Libyssae (i.e. Libybus). Y et K facile permutantur. De Syba-riticis autem non loquitur quia erant hominum et bestiarum, non bestiarum inter se.

v. 7 dubito vehementer de κλάζω; cogitavi de θλάζω, sed otium non erat videndi de usu huius singularis.

v. 13 egregie nonnisti et illustrasti doctissime lacuna. Sed v. 14 evidens emendatio est

καὶ τῶν ἰάμβων τοὺς ὀδόντας οὐ θήγω,

cum iambum non vult cum Archilochio mordace confundi. v. 15 πεζούς non intelligo: fortasse

_____ οὐ θήγω,

ἀλλ' οὐ πεζούς, οὐ δὲ _____

dentes non acuo iamborum meorum, (πεζούς suppl. τοὺς ἰάμβους, vel λόγους), sed

alio postquam eos diligenter instruxi
(ut facile nec impedite currant) dili-
genter item naturalem quodammodo
ipsius ~~Homeburn~~ aculeum hebetavi, jam tuno
librum aggredior.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ
MS
Sorbonne

Illustrissimo viro

Boissonade

S. P. D.

ex animo deditissimus

Fr. Dübner.

Sepe tibi, optime Firmine significavi quantopere delecter alma perennitate fontis quo thesauri Gr. prata digniora irrigare, ex abditissimis nonnunquam venis

et soli Tibi cognitis deducto. Quæ gemmulæ
ut suis locis niteant quam studiose provi-
deam, fasciculi monstrant. Hesternam sche-
dulam quum cupide, ut soleo, arriperem, vidi
locum Antimachi notatum. Ne præter mul-
ta peccata mea, quæ nemo inexorabilius
damnat et detestatur quam ego ipse, negli-
gentiam quoque venia expertem κακοζηλίας
προσώπου, moneo me loci notam desideratam
posuisse in fine præcedentis fragmenti,
p. XX extr., ut præcipiebat series Bergki-
anæ disputationis quam ibi repeto.

Cæterum ex animo Tibi gratulor
felicitatem summam qua solus fere eorum
quod nunc est hominum frueris, Babrium
legens. Harum rerum moderator utinam
concedat ut vel quattuor aut quinque fabulæ

jam nunc edantur: nam fatear earum vi-
dendi desiderio emori me.

Fac ut usque valeas, Vir Eximie, et fave
Tui nominis cultori addictissimo. Dedi
a. d. VII idus Quint.

Monsieur

Monsieur Boissonade.

à l'Institut.

1844

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ
MS
Sorbonne

Monsieur,

M. Schneidewin vient de m'envoyer ses conjectures sur Babrius et me charge de vous communiquer celles que je regarderais comme heureuses en vous offrant ses respects.

Prooem. 16, ἓν τῶν ἐλαβον ἵνα θέῃς ἐπὶ μνήμῃ, et 18 κῶλα ἓν θλάσας. — 2, v. 2 ἀνεζήτει. — 6, 8 οὐκὶ ἐκύησεν μήτηρ « malgré le spondée. » — 15, 4 ἄλλη pour ἄλλως (j'avoue ne rien comprendre à cette correction ; c'est pourquoi je la mentionne). Je vois à présent qu'il aura rapporté cela à τέλος δὲ .. cetera longa nec (mihi dictu) necessaria). — 16, 10 οὐ γυναικὸς ἤκουσα. — 30, 9, « Ἰδού, » λέγουσα, « τἀμὰ ... — 32, 4 ἦ τίς οὐκ ἰδὼν ἦλθα ; ἰδὼν δὲ κεῖνος. — 34, 7, πεδὰν δ' ἐν ὑγιαίνῃ, 3 et 4 est la moralité : Βλ. σαυτὸν ... ἐν τοῖς μέλλουσι — 54, 4, νήμασι πᾶσι, à cause du spondée. — 59, 7, ἐχθαίνειν — 63, 8, ὦ τᾶν, πεφόβημαι — 64, 9 καὶ πειόνων δὲ τῶν — 67, 2 ἦν ποθὶ — 72, 2b, χὠ νηπίων δὲ φίλος ἦν — « coll. Menandr. [illegible] Arist. Rac. 1165. » — 75, 4 ὁ δ' αὖτ' ἄτεκνος — 80, 4 μήχρι — 97, 8, ἀλλὰ δεδρώκειν — 106, 8, εἰ δή τινος —

Proœm. II, selon moi, « conjectura palmaria »

πρῶτος δὲ, φασὶν, εἶτα πασῶν Ἑλλήνων
Λίβανος ὁ δελφός. εἶτα καὶ Λιβυστίνους
λόγους Κυβίσσης,

ou Κύβισσος, comme ailleurs. De même palmarium à la fable 107, 7, θέμις ἐστὶν pour χρέσσαν. Ibid. v. 10 κἄπειτ' ἀρεντεῖο — 119, 7 ἐσσὶ pour εἰ — 122, 7 ἐμένεσσε — 123, 2 ὁ δεδάσσις ἀμαχεὸν ἄεθ' ἑνεγέειν.
Le fragment X apartient à Callimaque. »

Agréez, Monsieur, l'assurance sincère du plus profond respect de

Votre

M. le 8 Dec.

très obéissant serviteur

F. Dübner.

434

Monsieur

Monsieur Poisonade

membre de l'Institut, Professeur etc. etc.

à

Paris.